In tot paghis debitor promiserat debitum exsolvere cum pacto, quod in casu moræ unica vice deberet integrum exburfari debitum: morosus fuit in solutioe, ideò decidit factum fuisse locum stipulationis, rejecta æquitate purgationis moræ, quæ in hisce materiis voluntarie dilationis sub conditione concessæ non admittitur, præcipue ob clausulam resolutivam, in comprobationem disc. 56. Card. de Luc. de credit.

SUMMARIUM.

- 1 Dilatione concessa debitori, dummodo in certis statutis paghis debitum solvatur, corruis, si ipse debitor promissa non servet, & n. 2.
2 Creditor agendo pro paghis decessit censetur solvere moram incurfam remittere, limita ut n. 4.
3 Purgatio moram non admittitur in obligatione solvendi totum debitum, quatenus deficiat debitor in prima paga.
6 Præcipue si ad sit pactum resolutivum.

DECISIO XVII.

Petrus Paulus debitor Domini Abbatis Aghemii in sc. 1300. obtinuit die 7. Maii 1659. à creditore dilacionem solvendi scuta 100. quolibet anno in vigilia Nativitatis Domini Nostri Jesu Christi; cumque defecisset debitor in solutionibus convenitis, obtinuit Aghemius mandatum ab Aud. Cam. pro residuo scutorum 1000. quod cum successivè fuisset revocatum in gradu appellationis, dubitavi; an & pro qua summa Petrus Paulus teneatur; & pro summa mox exprimens teneri responsum fuit. Dum enim conventum fuisset, quod deficiente debitor in primo termino teneretur statim die cadente ad solutionem duorum terminorum unica vice, & quatenus iterum deficeret, teneretur statim ad tres pagas, nempe ad scuta 300. unica solutioe, & si in ulterioribus solutionibus cessaverit, statim à beneficio hujusmodi dilacionis cadat eo ipso, & ad totum, & integrum debitum teneatur: & cum hic casus non factæ solutionis eveniret, contractus fuit resolutus perinde, ac si dilatio non fuisset concessa: Peregrin. consil. 77. n. 7. lib. 3. Cancr. var. resolut. quæstio 3. cap. 7. n. 354. Gratian. discip. 307. num. 4. Rot. dec. 199. numer. 11. & 1662. tempore convento non exburfavit, quod sufficit ad effectum de quo agitur; cum enim pactum solvendi scuta 100. quolibet anno cessat obligationem camerale, & juramento firmatum, punctualiter servandum erat, & integre faciendi solutio, Mant. de tacit. lib. 22. tit. 26. sub

num. 2. & per totum, Gratian. discip. 15. n. 9. Surd. dec. 151. num. 21. quamvis post primam, & secundam moram Aghemius mandatum obtinuerit pro scutis 300. quæ deinde illi soluta fuerunt, unde inferrebat informantes pro Petro Pauli solum primi anni moram acceptatam, aliam autem anni 1660. remissam fuisse cum ei acceptata fuisset utriusque anni mora, pro scutis 500. agere debuisset, leg. post diem, ff. de 3 leg. comm. Cravert. consil. 106. num. 2. & sequent. Cavalier. decif. 58. numer. 3. & in Romana locutionis 10. Junii 1661. coram Reverendissimo Pat. Domino meo Vrosipio §. siquidem. Hoc enim non potest procedere in præsentem, quia Aghemius non petiit simpliciter scuta 300. pro duobus terminis decurtis, sed sub conditione, & cum clausula sine præjudicio majoris summe, juxta formam instrumenti summar. n. 3. & in actu receptionis in quietantia repetiit à conto di quello mi deve, cumque non receperit solutionis temporis futuri, sed solum unius anni præteriti, talis protestatio illi omnino suffragatur, & caducitas, & mora non censetur hujusmodi, juxta distinctionem Jafon. in leg. si post moram sub nu. 4. ff. de eo quod cert. loc. & plene deducitur in dicta Romana Vineæ 24. Martii 1651. coram Reverendissimo Decano.

Nec purgatio mora admitti potest ex eo, quod non concurrat protectura, sed Petrus Paulus celeri numeratione terminos decurtos offerat; tum quia versatur in simplici, & gratuita dilacione concessa sub conditione solvendi dicta scuta 100. annua, qua non impleta, nihil ad quod dicitur ab initio, & purgatio mora non admittitur, Alexand. in leg. 5 in sulam 84. sub n. 24. ff. de verb. obligat. Cyriac. controuv. 2. 39. num. 17. Rot. dec. 203. n. 19. par. 6. ob consensum enim, & obligationem Petri Pauli in forma Camerae resolutio non est poena, sed natura contractus, & conditio inserta dilacionis; tum quia quando, ut in præsentem casu, ob non implementum adei pactum resolutivum, non admittitur purgatio moræ, Millin. dec. 137. n. 13.

Utraque &c.

REVERENDISSIMO P. DOMINO MOLINES.

Romana Subappaltus Theatri,

Ven. 27. Junii 1698.

ARGUMENTUM.

An contractus inominatus per pactum inobservantiam resolutur, seu potius competat tantum actio pro implemento, ac casum disc. 57. de credit. Card. de Luca,

SUMMARIUM.

- 1 Obligatio Cameralis dat vim executionum.
2 Pro assistibus præceditur executio tam ex dispositione juris, quam statuti Urbis c. 88.
3 Error Notarii non præjudicat partibus.
4 Pacta sunt servanda.
5 Contractus ex conventionem partium legem accipiunt.
6 Pacta servanda est vox Dei in ore pratoris.
7 Princeps supremus contrahens tanquam persona privata tenetur ad observantiam promissorum.
8 Obligatio resolvitur ex capite inobservantia conventionum.
9 Facultas, qua non apparet in capitulis contractus, non attenditur.
10 Exceptio requirens altiorē indaginem, non retardat executionem obligationis Cameralis.
11 Locatio dicitur contractus nominatus.
12 In contractibus nominatis non datur resolutio propter inobservantiam pactorum, sed competit actio ad implementum, seu interesse.
13 Resolutio contractus censetur remissa per non reclamacionem ab illius inobservantia.
14 In omni contractu inest conditio, dummodo res in eodem statu permanent.
15 Contractus non resolvitur propter contraventionem, nisi intercedat culpa contravenientis.
16 Pœna conventionales non debentur, nisi ad mensuram interesse.
17 Declaratur tamen, ut procedat conclusio, quando pœna est adjuncta quantitati; secus si sit adjuncta pacto affirmativo, vel negativo, quo casu valde existitur pœna.
18 Arrha admittitur ex defectu implementi.

DECISIO XVIII.

In scenico Theatro aliàs extante propè Tyberis Ripam, vulgo nuncupato Tordinona, & hodie destructo, sublocavit Franciscus Fortunius omnes Cellulas sexti ordinis vulgo

vulgo Palchetti, inibi existentes Hieronymo Bonnano sub certis, & determinatis capitulis, prout in apocha Camerali obligatione vallata; contra quem Hieronymum tamquam debitorem affectum relaxatam fuit à R. P. D. Governatore Urbis mandatum, executivum favore d. Fortunii Locatoris, quod DD. sub congruo dubio requirit ad instantiam Dominici Salviani cessationis d. Fortunii Locatoris exequendum esse censuerunt, tanquam validum, & iustum.

Validitas enim bene resultare visa est ex revoluzione aforum, juxta præscriptum famigeratæ decifionis Caputa. de 260. p. 2. & præsertim respectu processus executivi, nedum quia apocha, cuius vigore relaxatum fuit dictum mandatum, erat munita Camerali obligatione, quæ tribuit facultatem procedendi executive ad tradita per Ridolphinum in præsi. 1. c. n. 59. Rota decif. 17. & 155. utrobique n. 1. post Zach. de obligat. Camer. verum etiam quia agebatur de affectu, & sublocacione, in vim quæ locatori conceditur via executive pro consequendis affectibus decurtis, & non soluti, tam inspecta dispositione juris communis, juxta Text. in l. Præfata, locato, & moram exornat Pacion. de locat. & conduct. c. 39. n. 5. cum segg. quàm attentæ censura statuti Urbis cap. 88. in quo ordinatur in causis locacionum procedit executive sine strepitu, & figura iudicii, si loque veritate inspecta, ut prosequitur Pacion. decif. c. 29. num. 27. & 28. Rot. dec. 170. n. 5. post Zach. de oblig. Camer. & dec. 335. n. 4. p. 10. & dec. 507. num. 3. p. 18. recent.

In nihilum relevante, quod citatio ad videndum executorii mandatum apparet executi sub die 1. Martii 1696, & decretum legitur subscriptum die 8. ejusdem mensis; nam omisit alius responsionibus adductis per informantem, est certum, quod error, seu incuria notarii partibus præjudicare nequit, per Text. in l. 2. Cod. de error. advocat. & l. errore, C. de restanor. Rota coram Coccin. decif. 373. num. 19. & dec. 735. n. 16. & 17. p. 18. & dec. 16. n. 4. & dec. 411. n. 10. p. 19. rec. & dictum fuit in Romana, seu Fasfen. mantentionis 2. Junii currentis, §. neque obstat in medio, coram me.

Iustitia verò dilucide convincitur ex lequra Apocæ, & Capitolurum, quæ post illam concordata fuerunt inter præcitos contrahentes, & ex quibus inter alia pacta legitur promissio solvendi pro quolibet die recitationis Comedie, scut. 95. favore Fortunii Locatoris, quæ pacta nulli dubium est, quin essent servanda, ita exigentibus æquitate, & iustitia: Soccin. jun. conf. 26. n. 6. & 7. lib. 1. Corn. conf. 343. n. 1. lib. 1. Anton. var. resol. lib. 2. resol. 53. num. 5. Pacion. de locat. & conduct. cap. 23. num. 138. Rota dec. 414. num. 26. par. 12. & in Romana incisionis Arborum 25. Junii 1696. §. præsupposita in fin. coram me Idque ex ea convincenti ratione, quia omnes contractus ex partium conventionem legem accipiunt, per Text. in l. 1. Contractus 24. ff. de regul. jur. l. 1. §. & si conveniret, ff. de post. Gratian. discip. 527. nu. 15. Rocc. disc. jur. 129. n. 9.

Quinimò cum verbum illud, pacta servando, fuerit vox Dei in ore Pratoris, teste Bald. in rubr. de constit. & conf. 327. n. 4. lib. 1. consequens fit, ut nedum Judici nullum concedatur arbitrium pactis contrahentium, verum etiam Princeps ipsos supremos, in quibus consideratur duplex persona, altera legislatoris, altera privati contrahentis, ex hac ultima ad promissa servanda teneri, nemo est, qui dubitet ad text. in l. digna vox 4. Cod. de legib. Bald. conf. 279. lib. 3. Vvsemb. in parat. ad tit. de constit. Princ. lib. 1. tit. 4. in fin. Petr. de potest. Princ. cap. 32. num. 145. Preg. de Republ. lib. 22. cap. 11. num. 13. Valen. conf. 162. num. 41. & Merlin. controuv. 53. n. 7. & 8. lib. 1. Lan. alleg. 19. n. 10. Roc. resp. 1. num. 22. & resp. 49. nu. 1. Camerat. resp. 23. n. 3. lib. 1. Moder. Iscan. disp. jur. cap. 78. n. 7. Franch. dec. 177. n. 6. & dec. 673. nu. 4. Tapia dec. 5. n. 35. Capyc. dec. 188. n. 9. Ideoque referatur à Casiodoro var. lib. 3. cap. 35. Theodoricum Regem respondisse: Liberalitatem nostram firmam decet tenere constantiam, quæ in concessum debet esse Principi usum.

Hinc non obstat, si dicatur, quod d. promissio solvendi dictum scut. 95. pro qualibet recitatione Comedie censetur facta ab Hieronymo sub conducitore correcte respective ad facultatem privatam sibi concessam à Fortunio sublocatore affectu sexti ordinis; undè cum subconductor non potuerit uti d. privata, ex quo alii fecerunt similes affectus minuit obligatio emissa in contractu, de quo agitur per Text. in l. cum te servandum, C. de pact. inter emp. & vendit.

Si quidem omisso, quod hujusmodi facultas privata nullo modo legitur in Capitulis controversi appaltus, undè

vel de ea nulla est habenda mentio, juxta responsum Bald. in cap. venerabilem 34. de elect. Rot. dec. 90. sub n. 3. coram Gregor. vel quatenus hujusmodi exceptio probanda esset per Testes, tamquam requirendi alioquin indaginem, non poterat admitti ad retardandum executionem obligationis Cameralis ut omnis generalibus in puncto firmavit Rot. dec. 245. n. 9. p. 18. rec.

In omnem casum, quatenus etiam probaretur, cum dubitari non possint, quin versetur in contractu locacionis, qui dicitur nominatus, juxta doctrinam Bart. in l. si mercet, ff. de vi maj. & de locat. Clarin. contr. 52. n. 4. lib. 1. Rocc. disp. jur. cap. 148. n. 3. hinc sequitur, quod adhuc admittitur quilibet inobservantia ex parte Fortunii Locatoris, nullo modo factus fuit locus præsentis resolutioni, sed dumtaxat Hieronymo conductori competeas actio ad implementum seu ad interesse, per Text. in l. si quis, Cod. de act. emp. l. in civile, ubi Bart. Odoif. & alii Cod. de rei vindicatio. l. fin. ubi Bart. n. 13. ff. de condit. ob caus. Surd. consil. 38. num. 7. Becc. consil. 45. n. 1. Marefc. contr. resp. lib. 1. cap. 9. n. 3. Cyriac. controuv. 55. num. 70. Rocc. disp. jur. cap. 148. n. 4. in puncto locat. Clarin. controuv. 52. num. 41. Rot. cor. Greg. decif. 130. num. 2. cor. Buratt. decif. 640. numer. 13. cor. Millin. decif. 162. numer. 1. coram Duran. dec. 9. num. 3.

Quæ omnia eò libentius amplexa fuerunt, quia constitit, quod Hieronymus subafficiarius d. sexti ordinis Cellularum inobservantiam præsentis privatæ sibi concessæ, acceptando resolutionem contractus, sed potius in eo perseveravit, tam per seipsum, quàm per eorum nom locando singillatim variis personis d. tabulata, & retinendo claves; ex quibus censetur remissa quælibet resolutio contractus, ad tradita per Tiraquell. in l. si nunquam certe reverentur, num. 10. Cod. de revoeat. Romat. Ruin. consil. 35. n. 21. lib. 1. & consil. 141. sub num. 3. lib. 3. Grat. cap. 302. num. 17. & dec. morchie 159. num. 13. pluri- busque relatis tradit in puncto Rocc. disp. jur. cap. 148. num. 21. & 149. num. 4. & 8. ubi quod censetur recessum à puncto resolutivo, etiam expresse apposito, quando quis recipit vigore ejusdem contractus, & Rot. cor. Buratt. dec. 54. num. 16. & dec. 640. num. 17. & 19. coram Bich. dec. 148. nu. 16. Rot. dec. 422. n. 9. par. 4. & dec. 353. num. 37. par. 9. & dec. 95. num. 4. par. 10. recent.

Præterea animadvertendum fuit, quod hujusmodi promissio præsentis, non potest interpretari alio modo, quàm congrua congruis referendo, nempe juxta numerum cellularum extantium de tempore suscepti subappaltus, & quæ pertinebant ad sublocatorem, non autem de illis superadditis occasione mutationis d. Theatri, & quæ spectabant ad Comitem Dealiberti inventorem d. mutationis, & sic alteri quàm dicto sublocatori, cum certa fit in lege regula, quod in omni contractu subintelligi debeat conditio, rebus sit firmioribus, & in eodem statu permanentibus; & proinde si aliqua inobservantia considerari possit in dicta præsentis privatæ, utique non esset ad scribendam Fortunio sublocatori, neque quis culpe, quæ omnino requiritur, ut contractus resolutur ex capite contraventionis; Cravert. conf. 204. n. 35. Cepha. conf. 24. n. 13. lib. 1. Graff. de except. except. 13. n. 88. Rocc. disp. jur. d. cap. 148. n. 31.

Denique non obstat, quod arrha tamquam apposta per pactum, & per modum pœne conventionalis, non poterit amitti etiam ex capite, non adimplementi, cum hodie hujusmodi pœne conventionales, attendat æquitate canonica, non debentur, nisi ad mensuram interesse, juxta consil. Ant. de Butr. 34. n. 2. Corn. conf. 2. n. 3. lib. 1. Rimin. jun. conf. 80. n. 9. & 10. & Cancr. var. resp. par. 3. cap. 11. n. 163. Coneio. ad statut. Engub. rub. 61. n. 3. Pilia. dec. Canon. tom. 1. lib. 2. dec. 9. n. 27. Spereil. dec. 131. n. 32. lib. 2. Rot. cor. Seraph. dec. 819. n. 8. Rot. dec. 179. n. 4. p. 11. recent.

Quoniam pro remotione objecti distinguatur DD. quod tunc pœna conventionalis de æquitate Canonica exigi non potest, nisi quatenus concurrat cum interesse, quando reperitur adjecta quantitati ad effectum evitandi iustitiam, in quibus terminis procedunt auctoritates mox in objecto relate; secus est quando adjecta fuit tam factio affirmativa, quam negativa, quo casu ob pactum non adimpletum, hinc existit adversus contravenientem per Text. in l. prædicta, ff. de act. emp. & distinguendo tradunt Andreol. in hunc allegat. num. 4. ibique Bonell. Cod. de usur. Andreol. controuv. 285. num. 19. Card. Mant. de tacit. lib. 4. tit. 37. num. 4. bene Leonard. de usur. qu. 38. num. 8. Camuncul. dec. Bonon. 22. n. 6. pluribusque relatis tradit Rocc. disp. jur. cap. 158. n. 14. Rot. dec. 275. num. 5. part. 2. dec. 106. n. 10. part. 4. tom. 2. & dec. 170. n. 15. part. 11. recent. & novissime optime firmatum fuit in Romana incisionis Arborum

borum 25. Junii 1696. §. quoniam quidquid sit, coram me. Quia distinctio retenta, cum non versemur in secundo illius membro, quo scilicet poena amissionis artha fuerit adjecta facto negativo, quatenus Hieronymus Bonanus subappaltor non folveret in actu cubiliter recitationis de sero, aut de mane sequenti, utique ex defectu implementi censetur inducta amissio artha, & bene potest exigi ad verus contravenientem, per Text. in l. si quis, §. ultimus, ff. si quis caus. l. 4. §. Cato, ubi interpretes, ff. de verb. oblig. Grat. disp. forens. cap. 721. n. 24. Leonard. de usur. dist. cap. 38. n. 8. pluribusque relatis tradit Rocca. disp. iur. dicit. cap. 158. n. 10. & in nostris præcis terminis tradit Gratian. disp. in alio cap. 748. n. 23. ubi quod artha non censetur poena, sed amittitur in quocumque contractu ex capit. inobservantia, & licite exigitur secundum dispositionem legis, juxta doctrinam Bald. in l. secundum dispositionem legis, in l. 1. §. Cod. quando licet ab emptio. disced. & ultra disposit. iur. commun. adert amittit statum Urbis, quod permittit illius exactionem, ut in cap. 12. lib. 1.

Et ita informante tantum Salviano cessionario Fortunii locatoris resolutum fuit.

R. P. D. ALBERGATO DECANO.

Romana Pecuniaria,

Morc. 10. Maii 1684.

An Mons Pietatis remaneat obligatus ex facto ministrorum.

S U M M A R I U M.

- 1 Pignus dicitur contractum de confessione Bollellini per ministrum montis pietatis.
- 2 Et virtute dicti Bollellini contra montem competit actio.
- 3 Scriptura prodacta contra producentem plene probat.
- 4 Juramentum creditoris admittitur ad liquidandam quantitatem crediti, si de illius substantia non dubitetur.
- 5 Levis sufficiunt probationes, ut quantitas crediti probata dicatur, si veritas in genere comprobata remanserit.
- 6 Mons pietatis ex dolo ministrorum efficiens remaneat obligatus, §. n. 19.
- 7 Præponens tenetur de facto ministro, quatenus factum respiciat manus, in quo fuit assumptus.
- 8 Pecunia oppignoratio in iure admittitur.
- 9 Appellationes rei venit pecunia.
- 10 Verbum — ogni sorte — nullam restrictionem admittit.
- 11 Exceptio certa rei denotat comprehensionem aliarum.
- 12 Argenti appellatione venit pecunia.
- 13 Bulla cretionis sacri montis pietatis Urbis, non prohibet, quin divites valeant oppignorare.
- 14 Minusque vetat statum d. S. Edis.
- 15 Observantia etiam univocalis inservit pro interpretatione cuiuscumque legis, seu statuti.
- 16 Ministro omnis censetur data facultas, ut gerere valeat ea, qua de solito observantur, & practicantur.
- 17 In loco pio bona fides semper presumitur.
- 18 In viro optimo minima est presumenda negligentia in iis, qua implere tenetur.

D E C I S I O XVIII.

Oppignoratis in S. Monte Pietatis Urbis, mediante persona Christophori Magni, per Excellentissimum D. Ducentum Cesarinum decem, & septem sacculis monetæ argenteæ expendibilis clausis, & obligatis, compertum fuit in illorum expignoratione octo ex eisdem deficere, subtractos ab infidelitate custodis. Quapropter pro illorum restitutione, & consequenter pecuniæ amotæ recuperatione a ministris S. Edis controversa, coactus fuit D. Dux judicialiter ejus iura experiri, & à iudice ejusdem Montis mandatum executivum pro summa scilicet 7966. 30. ad ejus favorem reportavit, successitque per signaturam Sanctissimi cum reiterata clausula sine prejudicio canonizatum.

Verum, quia idem Mons in devolutiva causam prosequi intendens obtinuit specialem commissionem appellationis per Sanctissimum signatam bo. me. Card. Taye cum facultatibus S. Montis, & Emin. Prosectori dirigi; unde ego uti subrogatus Dominos hodie consului, An constet de credito D. Ducis contra Sacrum Montem, vel potius sit locus restitutionis pecuniarum & affirmative quoad primam, negativè verò quoad secundam dubii partem resolutum fuit.

Cred tum enim D. Ducis ad evidentiam probari in genere dignocebatur ex Bullettino, seu Testera pignoris impressa sub nomine provisorum S. Montis, & ex partitis ex

eiusdem libris extractis, præcisam oppignoracionem in Bullettino contentam præstiteribus, sum. Ducis n. 1. & 2. quorum vigore nedum contrahitur pignus, ut de simpliciter apocha est text. in l. cum tabernam 34. §. idem quæsit, ff. de pign. Gen. de script. priv. in ad. pag. 46. sub n. 1. verum & actio omnimodè exercibilis contra S. Montem suboritur, ex traditis per Card. de Luc. de cred. dis. 69. sub n. 2. & 3. cum segg. Rot. det. 541. n. 2. cor. Bich. & det. 289. n. 2. cor. Emin. Cero.

In specie vero, seu quantitate subtracta, iustificari ex judiciali confessione per eundem custodem ad perpetuas trimeses ob tale furtum damnatum in eius constituto emissa, verificata ad unguem, tum ex descriptione sacculorum à reo enunciato reperitorum cum paucis repositis in eisdem sacculis relicta, tum ex annotatione præcisæ quantitatæ ablatae in tribus foliis in eodem loco repositis ab ipso reo exarata, tum & evidentè ex criminali sententia contra ipsum consistentem lata individuam summam subtractam præferente, qua uti per S. Montem produnt, & repetita in iudicio civili adversus reum, & illius fidei iussore pro consequenda pecuniæ amotæ restitutione, plenum probationis gradum respectu summæ in illa contentæ contra producentem constituit, per ea, quæ tradunt Parit. conf. 104. num. 3. l. 1. Panzirol. conf. 110. sub n. 11. & 12. Rot. det. 642. sub n. 10. & segg. coram Bich. det. 43. n. 5. coram Priol. iunctis præsertim de positione Christophori Magni oppignorantis formiter in testem inducti ac iuramento D. Ducis in supplementum præfinito, qui semper locum esse quoties de quantitate crediti dubitari contingat, dixit Rot. det. 60. sub n. 9. vers. secundum quia, & n. 10. coram Duran. & det. 67. num. 7. cor. Arguelles, quæ aliis de facili, & levioribus coniecturis probari potest, si veritas crediti in genere comprobata remanserit, juxta allegata per Rot. det. 324. n. 4. cor. Greg. det. 82. n. 21. p. 19. rec. & in Neapolitana mercedis 5. Aprilis 1680. §. firmata, cor. R. P. D. Mattheo.

Data itaque oppignoracione sacculorum monetæ, ac iustificatione crediti D. Ducis, tam in genere, quam in specie, seu in quantitate supra enunciata, in necessariam sequi videbatur S. Montem teneri ad restitutionem ejusdem monetæ, licet à ministro, seu custode subtractæ, cum adhuc Mons de dolo, & culpa suorum institutorum, & ministrorum tenetur, per text. in l. 1. ff. de exec. ad l. habebat, & l. seg. ff. de inst. ad. Giubr. det. 38. ff. per totam, Card. de Luc. dis. 68. n. 19. de cred. Rot. cor. Cocc. det. 1665. n. 5.

Nec apud DD. valuit, quod talis pecunia in sacculis ob signata, uti præferens speciem depositi regularis, nullatenus in pignus dari poterit, & signanter recipi à secundo custode adducto dumtaxat ad mutuandam pecuniam egenis super pignoribus; secus verò ad recipiendam huiusmodi pignora seu deposita, quæ solummodo irregularia permittuntur in distincta, & diversa manifeste personis divitibus; unde inferebatur, quod si D. Dux credidit pecunias, seu pignus indebitum secundo custodi diversè muneris proposito & cum eodem contraxerit, amissio pecuniarum ejusdamo cedere debet, & sibi imputari, si cum persona minus idonea contraxerit, cum tam respectu D. Ducis divitis, & non egeni, quam ex parte ministri, ad id peragendum nullam facultatem habentis, Sac. Mons inquam poterit obligari ex recepta conclusione, quod Dominus, seu præponens solum tenetur de facto ministri, seu famuli, quatenus isti delinquant in eo munere, seu officio, quo præficerunt, secus autem si in diverso ipsis nullatenus ad dicto, & distinguendo firmarunt Costa de remed. sub l. remed. 91. n. 5. vers. quomodo, Gen. de script. priv. lib. 4. tit. de lib. institut. n. 34. fol. 118. cum adductis per Farinae in prac. §. 110. sub n. 122.

Quandoquidem tale obiectum, in quo reddet totius causæ discussio, ex pluribus dilui videbatur. Et quidem quoad prohibitionem pignoratis pecunias, cum nullibi in iure cautum reperitur, illarum oppignoracionem veritam esse, quinimò expresse permittam, ex littera text. in l. Itemque 7. §. si sibi propè fin. ff. qui potior. in pign. hab. libique Bald. Fab. in suo Co. l. 4. tit. 26. defn. 25. sub n. 2. Tiraq. de retract. ligas. §. 32. l. unie. n. 16. Mantica. de iact. l. 1. tit. 4. n. 9. Merlin. de pign. l. 3. tit. 1. §. 23. sub n. 4. Rot. det. 83. n. 7. §. n. 8. cor. Duno. Jun.

Id ipsum quoque permittitur censetur ex statutis ejusdem S. Montis: in capitulo enim 30. del cario dello stimatore, prohibent quidem statuta diversas res oppignorari, sed in hoc genere prohibitorum non faciunt mentionem permittivam, ubi in reliquis permittitur cuiuscumque rei oppignoratio, ibi, del resto facino imprefare sopra ogni sorte, live attendatur generalis significatus illius verbi Robba, cum appellatione rei veniat pecunia, l. pecunia 4. & l. rei, ff. de verborum significat. glof. final. in l. prima, ff. si cert. per. Rebuff. in l. rei in prin.

Quibus omnibus ad stipulatur nedum generalis observantia cum pluribus, & diversis magnatibus habita per ministros S. Montis recipiendi in pignus capitales, & sacculos aures, & argenteæ pecunie repletos pro mutuo modicæ quantitatis, ut ex confessione Lamparelli olim S. Montis Custodis, & ex attestacione ministri Principis Pallavicini, nec non ex partita à libris eisdem S. Montis extra doctum fuit in Summ. Ducis n. 14. quæ sanè observantia etiam universalis optima dicitur cuiuscumque legis, & statutorum inter-

15 pres, si ex illorum verbis aliqua possit orti dubitatio, text. est in l. de interpret. & l. sequenti, ff. de reb. ind. ac individuo Statuti loquentis de auro, & argento, firmat Tiraquell. de retract. lig. gl. 20. §. 1. n. 2. vers. hic autem satis constat, & generaliter comprob. Conf. Sicul. conf. 51. n. 65. conf. 50. n. 10. Rot. cor. But. det. 16. n. 11. & cor. Ottob. det. 263. n. 17. & det. 328. n. 3. p. 15. rec. Ideoque minime allegari valet excessus custodis extra limites proprii officii, in quo intelligitur præpositus cum facultate faciendi ea, quæ de solito observari, & praticari queant, ad tradita per Rot. det. 34. colom. 3. ad med. apud Tur. de Camb.

Verum & in præfenti facti specie concurrunt specifica, & individua observantia respectu huius pignoris & Ducis cum pecuniæ oppignoratae fuerit pluribus, ac in diversis temporibus nedum secundo custode, verum & à primo in pignus

in princip. vers. cui rei appellatione, & vers. res genus, Alex. conf. 185. n. 26. lib. 2. Barbof. appell. 235. num. 4. Junctâ præsertim generali illa comprehensione ogni sorte di Robba, quæ nullam patitur restrictionem quoad rei potest, exposcit, text. in l. Julianus, ff. de legat. 3. five attendatur exceptio seu prohibitio aliquorum certarum rerum, quæ facit, seu ampliat regulam pro comprehensione pecuniarum non exceptæ, 11. l. nam quod liquidè 4. §. fin. de pecun. legat. Rot. cor. Barac. det. 391. n. 3. & cor. Celfo det. 400. sub n. 11.

Constitut in idem mentio auri, & argenti toties in aliis capitulis statutorum habita cum supposito, quod illud possit oppignorari, ex quo necessario inferitur etiam supponi oportere pignorationem pecuniæ permitti, quam appellatione argenti in legibus, & statutis venire, non minus doctè, quam eruditè tradidit Tiraquel. de retract. ligas. §. 1. gl. 20. n. 2. & 6.

Quo verò ad assertam mutandi pecuniam prohibitionem divitibus super illorum pignoribus, elicita tam ex Bulla cretionis montis confirmatoria. fa. me Pauli III. quam ex c. 31. eorumdem statutorum, quibus caveatur Sac. Edem creatam in sublevam pauperum, ita ut istis dumtaxat pecuniis occurratur super pignoribus absque ulla spe lucri, secus verò divitibus, & magnatibus, qui nulla indigentia præmuntur, DD. super hoc animadvertunt, nec Bullam præfatam, nec aliquid statum huiusmodi interpretacioni subici posse; Bullam siquidem, cum in ea verbis demonstratur non autem taxativè mentio pauperum, & egenorum habeatur, nec ulla legatur respectu divitum oppignoracionum prohibitio, quæ nunquam censetur ita in abstracto inducta, dummodo egentibus præjudicium, aut damnum non inferatur, ut probat Pasqual. det. 161. per tot. quæ in præfenti considerari nequeunt; tum atenta qualitate pignoris in casu indigentia (ut experientia docuit inferius expendenda) proficui tum divitibus ejusdem S. Montis, quibus tunc temporis affuebat, tum exiguitate summæ muraarq Juliorum quinque, quæ nec damnum, nec præiudicium pauperibus inferre potuit, ut patet ad sensum.

Statutum verò, cum ipso præcipitur di non imprefare à Civitatis, nè à persone commode, che si possa giudicare, che ciò videra per incertantia, ex quo portus elicitur permissio recipiendi pignora à divitibus, qui, ut in hoc casu, nec ludunt, nec nummos recipiunt causa mercatura, ducto argumento, tam in sensu directo, quod exceptio aliquorum faciat regulam pro comprehensione non exceptorum, ex supra allegatis sub §. idem sum; quàm à contrario sensu, quod possint recipi pignora à non ludentibus, & non oppignorantibus causa mercatura; quod argumentum esse in statutis validissimum firmatur Bald. conf. 101. n. 2. vers. in contrarium l. 1. Castr. conf. 106. in prin. l. 2. R. Min. Jun. conf. 320. n. 25. Cephal. com. opin. contra com. §. 336. n. 2. & seg. Rot. det. 186. n. 7. p. 1. rec.

Quod clarior ex eisdem verbis statuti 31. quibus permittitur posse per famulos oppignorari, ac per interpositam personam suppressis nominibus oppignorantium, ibi, Che dirà di non voler nominare il padrone, perche egli non voglia offer nominare, si serviva, disse offer di altri; unde manifestè resultat permissio recipiendi pignora dominorum divitum, ea in super convincibilis ratione, quod semper impracticabilis redderetur oppignoratio, si pro quolibet pignore super paupertate esset inquirendum, & compilandus processus.

Quibus omnibus ad stipulatur nedum generalis observantia cum pluribus, & diversis magnatibus habita per ministros S. Montis recipiendi in pignus capitales, & sacculos aures, & argenteæ pecunie repletos pro mutuo modicæ quantitatis, ut ex confessione Lamparelli olim S. Montis Custodis, & ex attestacione ministri Principis Pallavicini, nec non ex partita à libris eisdem S. Montis extra doctum fuit in Summ. Ducis n. 14. quæ sanè observantia etiam universalis optima dicitur cuiuscumque legis, & statutorum inter-

15 pres, si ex illorum verbis aliqua possit orti dubitatio, text. est in l. de interpret. & l. sequenti, ff. de reb. ind. ac individuo Statuti loquentis de auro, & argento, firmat Tiraquell. de retract. lig. gl. 20. §. 1. n. 2. vers. hic autem satis constat, & generaliter comprob. Conf. Sicul. conf. 51. n. 65. conf. 50. n. 10. Rot. cor. But. det. 16. n. 11. & cor. Ottob. det. 263. n. 17. & det. 328. n. 3. p. 15. rec. Ideoque minime allegari valet excessus custodis extra limites proprii officii, in quo intelligitur præpositus cum facultate faciendi ea, quæ de solito observari, & praticari queant, ad tradita per Rot. det. 34. colom. 3. ad med. apud Tur. de Camb.

Verum & in præfenti facti specie concurrunt specifica, & individua observantia respectu huius pignoris & Ducis cum pecuniæ oppignoratae fuerit pluribus, ac in diversis temporibus nedum secundo custode, verum & à primo in pignus

receptæ & acceptatæ, ut aperte colligitur ex partitis Librorum S. Montis sum. Ducis n. 1. exhibitis; & quod plus est, cum scientia patientia & approbatione custodum, syndicorum, provisorum, ac totius Congregationis, quibus dimissis nedum inducitur perfecta observantia interpretativa, verum & expressa ratificatio de omnibus gestis ab inferiori Ministro, scilicet alicui violarentur Fides d. Principis, sed & publica totius Urbis, & Orbis, si recarentes ad sacrum Edem in illorum indigentis fidei privati custodis rex maximi valoris pro mutuo modicæ quantitatis committere deberent, nec ceteri officiales de pignore, quatenus indubie scientiam habentes, illos non certiorarent, cum ad illorum simplex verbum vel nullus oppignoraret vel quilibet retro pignus acciperet, quod ad servandam publicam, & bonam fidem faciendum esset, ne contrahentes indebitè delusi remaneret à Loco Pio, in quo semper bona fides prospollere præsumitur, ad tradita per Card. de Luc. de credit. dis. 68. n. 8. & per Rot. det. 15. n. 1. & 2. p. 1. & det. 320. n. 8. p. 18. rec.

Scientia verò, ac patientia, & consequenter omnimoda pignoris approbatio nedum præsumitur ex onere iuncto officialibus seu Syndicis S. Montis, in quolibet mense librum mutuatorum syndicare, necnon in qualibet hebdomada scrutari Bullettinos compititæ mutuatorum, & generaliter de mense Aprilis & Octobris Sacre Congregationis omnia pignora inspicere, & in revisione pignorum gemmarum, auri & argenti intervenire; ex quibus inferitur, quod diligenti implemento talium onerum sequuto, dum contrarium nefas est cogitare de tot tantisque inregressis Viris, ut tradunt Menoch. conf. 662. n. 17. vers. cum præsumptio fit, Carem. resol. 9. n. 1. Rot. det. 135. n. 3. cum segg. p. 15. rec. non fit ambigendum de scientia huiusmodi pignoris in libris custodis seu pignorum descripti.

Verum etiam ad evidentiam talis scientia palpatur? cum Revisores S. Montis usi fuerint controversis pecuniis in sacculis oppignoratis existentibus, non quidem malo animo secundi custodis, sed consulendo indigentis, & necessitatibus Sacre adis tunc temporis pecuniis exhaustæ ex datis in Sum. D. Ducis sub n. 16. 18. & 19. litteram A. licet in eisdem sacculis fideliter restituit; unde sequitur, & quod furtum eveniret in pecuniis ejusdem Montis, non autem in illis fidei D. Ducis, qui depositum irregulare noluit, ideoque dominium à se abdicare non permittit illud in Depositarium transferendo, & quod Sacer Mons restitutionem pecuniæ denegare nequeat, cum ea eadem utilitate fenerit; quidquid sit, an officiales incauti non consuluerint indemnitati ipsius Sac. Montis restituendo tale pignus nimis rapine promptum ab allicientiam pecuniæ, usualis, & expendibilis, & alia adimplendo ad formam præscriptam à Statutis Sac. Montis, cum aliis illorum scientia & patientia valuit & potuit Sacrum Edem damnificare, cum hæc omnino tenetur de facto ipsorum Institutorum, & ministrorum, ex supra allegatis §. data itaque.

Et ita utraq. Parte informante, & omnibus sollemniter suffragantibus, ex speciali Sanctissimi commissio resolutum fuit.

REVERENDISSIMO P. DOMINO LANCELOTTO.

Romana Domus.

Luna 22. Junii 1609.

A R G U M E N T U M.

An & quo casu confessio facta in Testamento revocato efficiatiam retineat, in comprobationem dis. So. Card. de Luca sub tit. de credit.

S U M M A R I U M.

- 1 Legatum factum pro exoneracione conscientie non cadit sub revocatione testamenti.
- 2 Minusque revocatur per posthumi natiuitatem.
- 3 Intentio testatoris faciendi legatum pro conscientia exoneracione probari potest per testes.
- 4 Testes præsumuntur testes.
- 5 Dominium ex quibus probetur.
- 6 Ad interpretandam testatoris voluntatem magis attenditur istius opinio, quam veritas.

D E C I S I O XX.

Fuit resolutum, quod per revocationem testamenti factam à quondam Hieronymo Cherubino, non fuit revocatum legatum Domus ad favorem Francisci quondam Bernardini de Pavia, ut factum pro exoneracione conscientie ipsius Testatoris, quod non censetur revocatum revo.